



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-614616-p0001-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-614616-p0002-7

DFG

Q. D. B. V.
DE 1653 24. 408.
CONTRACTI-

BUS INNOMINATIS
JURIDICAM DISPUTATIONEM

In Illustri Leucoreâ

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo & Excellentissimo

DN. GOTTFRIDO SVEVO

Jcto & P. P. Curiæ Electoral. Scabinatus & Fa-

cultatis Juridicæ p. t. Decano & Assessore gravissimo,

Patrono ac Promotore ætatem deve-
nerando.

Exameni sicut Publico

JOHANNES JEREMIAS RELISNERUS

A. & R.

In Auditorio Jctorum

WITTEBERGÆ

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.

Anno 1653.

14.



409.

G D B A

DE

C O N V I C T U M

B U S I N N O M I N A T I S

J U R I D I C A M D I S P U T A T I O N E M

in Nürnberg Printed

P R E S S E

R A C T O R E M A G N I F I C O

O R T U

D N C O O L F R I G O S A V E O

F R A M B O S P E C I A L S C E P T E M B E R

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

A D C O M M I S S I O N E R Y A D C O M M I S S I O N E R Y

140.

I. N. D. N. J. C.

Nominati contractus, alias I. G.

I conventiones lib. 7. §. 2. D. de Pactis, nudæ partiones impropriè dicti, hinc tale nomen sortiti fuerunt, quod neque in LL. XII. Tab. singulari, reperirentur, præcipue vero quod factum illorum non sub nota quadam singulari veniret, sed in communi staret nomine adeoq; generalis esset naturæ. Hoc modo commodè describi posse videntur, si dicas: *Contractus innominatus est conventio, quæ habet causam sine nomine.* d. l. 7. §. 1. & 2. D. de Pact. Genus, quod non omissendum sit cōventio, non latum nimis, restringitur enim per differentiam specificā, & distinguitur tum à nudo pacto, quod causâ caret; tum contractu nominato qui sine nomine non est. Nec strictius definito l. 1. §. 3. D. de Pact. neutquam tamen cum vocabulo contractus æquæ latè patet, sed illud sub se comprehendit. Per causam vero hic non modum contrahendi, uti l. II. de V. S. nec causam forte finalē, sed actualem rei dationem vel factum intelligimus, l. 5. D. de Præscr. Verb. Omnes enim innominati. Contractus reperiuntur soepe dicta l. 7. D. de Pact. l. 2. D. de Præscript. Verb. l. 1. & 2. de Rer. Perm. nominatorum vero quidam re quidam alijs modis Instit. de Obligat. Hinc differentia quædam gliscit inter hos ipsos, quæ tamen præcipue illa est, quod innominati non modo nomen quoddam elegans non habeant, sed & formâ quadam speciali careant, porro quod in his re adhuc integra pœnitentiæ locus esse possit. l. 5. pr. D. de Condict. caus. dat. Imo re non integrâ is qui adimplavit contractum pœniteat impunè antequam alter impleat d. l. 5. in illis vero neutquam re quamvis adhuc integra pœnите-

Wesenb. n. D.

de Pact. n. 4.

Contractū

Innomina-

torum gene-

ralis natura

& Definitio.

Hahn. ad We-

semb de

Præscript.

Verb.

uti Vult ejus

omisit,

quale habet

Grot. de J. B.

& P. lib. 2.

cap. 12.

Quod Paur.

meisterus ait

lib. 1. de Juri-

stict. cap. 23.

num. 5.

Wesenb. pr.

de Præscr.

Verb.

41.

relicet. l. 5. C. de Obligat. & Act. Generale eorum naturam quod
attinet, ex jur. Gent. ut & reliqui contractus originem ducunt.
Schneidw. Materiam circa quam s. objectum ipsis res omnes contractui
Inst. de Ob adaequatae & facta quoq; talia constituunt; Forma quam ut di-
ligat. p. 8. 31. ximus specificam non habent, sed talem quæ generis totius est,
rei interventus seu causæ i.e. datio vel factum esse poterit, sine
quib; nnominatus contractus per rerum naturam esse non po-
Satholt dis- test. l. 5. D. de Prescr. Verb. l. 7. §. 2. D. de Pact. Negatibus hoc non
sert. XII. 1b. nullis illud vel unum opponi sufficit, quod causa propter con-
ventionem subesse dicatur, ita ut conventio illa, quæ in dando
vel faciendo consistit, omnem naturam contractui tribuat, arg.
l. 7. §. 2. D. de Pact. l. 5. §. 2. & seq. D. de Prescr. Verb. act.

Divisio
Accurs. in l.
r. D. de Obligat. & Act.
Fortun.
Gart. in Tit.
de Pact.
in Lib. de f.
B. & P. lib. I.
c. 12.
Hahn. ad.
Wesemb. de
Prescript.
Verb.
I. Do ut des.
Wesemb. D.
de Permut.
num. 10.

Ut vero penitus horum contractuum naturam indaga-
re possimus, sigillatim unumquemq; considerabimus. Malè
illos communiter in Respectivos & non respectivos distribuere
solent: hos vocant qui ex una parte obligant & nudā pactione
μονόπλευροι sunt, illos quos διπλέυροι esse volunt, quiq; in l. s.
D. de Prescr. Verb. &c. enumerantur: Grotius. Vir sui planè co-
gnominis tres saltem enumerat innominatos contractus, quos
ipse directorios vocat, omisso dono faciat contractu: Nos re-
jecta superiori divisione ut quæ omni fundamento in jure care-
at, quatuor saltem illos quæ in d. l. s. habentur & quasi generum
loco sunt cum quibusdam ipsis cognatis conventionibus velu-
ti speciebus, explicando proponimus.

II.

Do ut des contractus innominatus, cuius ut & reliquo-
rum formalia vel temporis mutatione: dedi ut des vel da-
bo ut des, faciam ut des, &c. vel duplicatione: Gloss. ad
l. 2. ff. de V.O. vel conditionis adjectione, dabo si dabis, faciam si
facies, do ut non des, facio ne facias. &c. arg. l. 5. l. 4. in pr. D. de
Condit. caus. dat. variari solent, hoc modo describi potest, quod
sit contractus innominatus, stricti juris, quo res in genere cum spe-
cie certa vel versa vice, aut alia ejusdem conditionis commutatur
l. 1. C. de Rer. perm. ubi Gloss. & Dd. f. s. in l. 2. in pr. num. 7.
Contractum esse omnium consensu receptum est, & potissimum

ex

4v.

ex definitione patet contractus, qui est conventio nomen vel causam habens, & ex se & sui natura obligationem ad agendum efficacem producens. arg. l. i. ff. de O. & A. l. 7. §. i. & 2. ff. de Pact: quae & hic haud difficile applicari potest: est tamen innominatus, quoniam ut supra diximus, nec nomen nec formam haber singularem l. 7. D. de Pact. Stricti juris est, cum inter bona fidei contractus cum recenseri non videamus in §. 28. Inst: de Act: quæ argumentatio à sufficienti partium enumeratione omnino valida esse & à maxima Dd. parte probata videtur. Objectum est res quædam generalis, non certo modo definita, quæ datur pro re tali, vel alia certò determinata, cuius rei habemus exempla in l. ult. D. de condit. caus. dat. ubi pecunia incertæ quantitatis datur pro sticho, individuo, it. in §. l. in fin. l. 5. ff. de Praescr. Verb. Et ubi scyphi dantur pro sticho, non hic vel ille in specie denominatus, aureus vel argenteus. Speciale dicitur esse in hoc contractu quod primâ datione perficiatur, quodque si modo acceptum sit, quod ab altera parte offerebatur, statim obligatio nata sit, in quo & à permutatione differt, quod ex sequentibus patebit.

IV.

Est autem Permutatio non eadem penitus cum contractu do ut des nec plane ab ipso diversa judicatur; Verum namque est, quod Permutatio latè accepta commune quid ac generale sit, nec adeo ad certam contractus speciem redigi possit, ut potius omnium contractuum quasi quædam mater existat, l. i. ff. de Contr. Emr. & Vendit: nedum ut contractus quidam singularis eo modo dici possit. Strictius vero sumpta omnino à contractu do ut des differre nobis videtur, & quidem ut angustius à latiori, si scilicet propriè vel maximè sumatur unde non adeo falsi sunt Doctores antiqui qui ita censebant, quod permutatio sit, ubi certa species, hoc est si Philosophice loquaris, individuum quoddam pro specie certa vel individuo detur, l. 5. & 7. C. de Rer. Permut: ubi vero species pro genere, l. i. D. de Contrah. Emr. §. 2. Inst. Eod. vel res incerta pro certa incertaque l. 5. §. i. D. de Praescr. Verb. contractus do ut des celebretur. Non obstat quod in legibus quibusdam, quod tamen raro contingere videoas pro-

A. 3

misci-

Min sing. ad
huc §. actio-
num Inst. de
Acti.

Contractus
Permutatio-
nis differt à
contractu Do-
ut des.

Arist. 5. Eth.
8. 1. Polit. 9.
Gloss. & Dd.
ad l. i. D. &
C. de Per-
mut. Wesen.
ibid. n. 10.
Sigism. Scae-
cias de Com-
merc. &
Camb. §. i.
Q. IV.

miscuus permutationis vocabuli usus inveniatur, nobis enim de propriâ hujus vocabuli significatione est sermo, quâ ratione & ipse Wesemb. Vir Excelsi Ingenij intelligendus est, qui hanc rationem superaddit, quod ex permutatione actio præscriptis Verbis bonæ fidei oriatur §. 28. Inst. de Act. l. 2. D. & C. de Rer. Permut. quoniam emtioni simillima est d.l.2. C. & l.i. & 2. D. de Rer. perm. quod de contractu do ut des ut & reliquis innominiatis omnes ferè negant Doctores. Quam rem ne fundamento careat suo, inferius ubi de Actionibus ex permutatione competentibus agetur, firmabimus: quamquam permulta hic differentiae inter hos contractus cumulari possint, quales sunt, quas Anton Faber in Conjecturis suis enumerat, non tamē omnes assumenda nobis videntur ut quæ legum fulcimento roboretur non sunt, nec quicquam ex ijs certi hac de concludi possit adeo ut saltem privatorum sententijs lubrico satis fundamento nitidum contingat?

V.

Vicina Permutatio & emtioni esse ejusq; vicem obtinere dicuntur in l.2. C. de Rer. Permut. nec tamen eadem cum ipsa est, quod disertis verbis l.1. D. Eod. probare satagit. Origo quidem emendi vendendique à permutationibus cœpit l.1. D. de Contr. Emt. attamen prævaluit Proculi sententia, diversos esse contractus Emotionem & permutationem §. 2. Inst. de Emt. & vendit. l.1. D. Eod. l.5. D. de Præscript Verb. Plurimas quoq; differentias inter illos collegit gloss. ad l.1. D. de Rer. Permut. in quibus v. convenienter inter se se, gloss. ad l.2. C. eod. demonstrat. Quemadmodum tamen non statim emtio est ubi pecunia datur, l. fin. D. de condit. caus. dat. non enim omnis pecunia emtionem facit, sed ea tantum quæ numerantur ad Premium c. 6. X. infin. de Rer. Permut. ita nec permutationem facile dixeris, licet res detur pro re, eo casu ubi quis ex animo ut venderet, distraxerit, alter vero ut emeret. arg. l.33. l.55. D. de O. & A. Quod quidem falsissimum est, si ad certa tempora Ictorum Pauli vel sabini ex Proculi respicias, tum enim discerni non poterat, quid eorum merx, quid premium esset nec qui emtor aut vendor, l.1. D. de Rer. Permut. indefinitè verò posita hæc sententia, sive jam de tempore ante-

num.

¶t. à Contr.
etu Emt. &
Vendit.

Wesemb. n.
2. & 3. D. de
Rer. Permut.

Alciat. in l.2.
D. si cert. pa-
tatur. Cujac.
Tract. ad Afric.
VIH. p. 559.
Vid. Hahn.
ad Wesemb.
Tit. de contrah.
Emt. num. 3.



nummum inventum, vel hodie si quis ære non signato emere
vellet intellectam velis, absurda esse adeo minimè videtur.

VI.

Nunc in naturam Permutationis propriam ex actius inquirere licet, postquam eam ab omni cum alijs contractibus convenientiâ separavimus.

Et quidem nomen quod attinet à per & mutando dictum esse palam est, quod sane perfectionem quandam innuere videtur, ut permutation ea demum dicatur, quam factum sequitur, cui quidem ad perfectionem nihil desit sed ab omni parte consummatum sit, quemadmodum per noctare verbum explicatur in l. 166. de V.S. Quod nomen habeat & permutation dicatur hic cōtractus non facit quominus ad innominatos referatur, cum nomen illud non speciei sed generis sit l. 7. D. de Pæt. & licet speciatim sumas permutationem, illud tamen nomen non ex facto & hominum usu, sed jure ipso ortum esse debebat, quod tamen non est. l. 3. D. de Pæscr. Verb. Quocirca ita illam cum Wesembecio nostro describimus; Permutatio est contractus l. 1. D. de Rer. Permut. Jurisgentium l. 1. D. de contr. Emp. l. 7. §. 2 D. de Pactis. innominatus, similis emtioni l. 2. C. de Perm. l. 1. de contr. Emt. eog. bonæ fidei d. de Act.

l. 2. quæ species rerum certæ cum speciebus commutantur l. 1. D. de Pæscr. Verb. l. 5. & 7. C. de Rer. Permut. Ex Gent: jure descendere illum nemo negabit, nec nominatum dicet quisquam contraria leges expressas. Formam quam specialem non habet in eo consistere dicimus ut res tradatur, l. 1. D. de Rer. Permut. non enim in nudo cōsensu, ut reliqui, consisti, nec ante permutationis contractus celebratus esse videtur quam utrinq; traditæ res fuerint l. 1. & 2. C. cod. quamquam ex accidenti non raro stipulatio ei accedere soleat, l. 77. §. 18. de Legat. 2. sive pactum quodam l. 3. C. de Rer. Permut. Materiam permutationis rem certam esse volumus & propriam quidem ut dominium transferatur. l. alt. D. de condic. caus. dat l. 1. §. 1. D. de Pæscr. Verb. l. 4. C. de Rer. perm. l. 34. D. de aur. & arg. leg. l. 4. §. 17. de Usurpat. non alienā, §. 3. l. 1. D. de Rer. perm. cūm contractus hic datione perficiatur, l. 1. §. 1. D. de Rer. perm. dare vero non intelligitur qui dominium non transfert, §. 14. Inst. de act. l. 167. de R. I. nec con-

Permutatio-
nis Defini-
tio.

Vulteius. Ju-
rispr. Rom.
lib. c. 41.

Harprecht.

in §. 28. Inst.

de Act.

445.

Lancellot.
instit. Jur.
Can. de Träslat.

Wesemb. in
Parat. D. de
Rer. Perm.
n. I.

Contractus
Cambij.

ad Plantii
Asinar. Att.
I. sc. I.

Sigism. Scac.
§. 2. Gloß. S.
n. 447.

tractum perficit, cum idem sit plane non fieri, aut non rite fieri, §. sciendum, Inst. de fadis dat. evincitur enim exemplò l. n. C. de Rer. permut. Species merè temporales cum spiritualibus, puta præbendis permutari non possunt de jur. Can. c. quæst. 5. X. de Rer. Permut. Sed bene spiritualia cum spiritualibus, attamen inter personas idoneas, & auctoritate superioris c. ad quest. solv. 6. X. Eod. alias enim harum rerum permutatio semper simoniacabem continet. De jure Novellar. Ecclesiasticas quidem res permutare minimè licebat, Nov. 7. quæ tamen prohibitio deinceps ne extra Imperium alienatio vel permutatio fiat, restricta videtur esse, per Nov. 55. c. I. Finem permutationi propositum hunc esse putat Wesemb. ut uterq; contrahentium quod cupiunt, sortiantur, atq; adeo cuiq; suum utile ac opportunum quæratur. l. I. in pr. D. de Pact. l. I. de Contr. Emt. §. I. Inst. de Emt. Ad Effectum referre possumus translationem possessionis & dominij, item Usucapiendi conditionem & obligationem nomine evictionis. l. I. C. de Rer. permut. si res evicta fuerit, præcipuus tamen qui exinde oritur, est Actio Præscriptis Verb. de cuius origine & naturâ infra dicemus.

VII.

Ad Permutationem quoq; Cambium referri solet, à cambiando seu permuto dicitum, quod generaliter sumtum quilibet permutationem significat, specialiter vero dicitur permutatione numismatum quod contractus genus nec Romanis, qui Argentarijs utebantur ignotum fuisse testatur Taubmannus. Præcipue vero à Gothis & Longobardis originem dicit. Non est aliquis contractus nominatus, sed innominatus, nomen enim non habet quoddam proprium, nec formam speciale aut certum dandi modum, sed itidem ac permutatione generalioribus in terminis consistit. Non obstat quod pœnitentia in illo non habeat locum quod alias innominatis contractibus solenne est, cum enim ille contractus utriusq; utilitatem respiciat, non ab uno quoque contrahentium invito altero poterit dissolvi. Et enim ita consuetudine receptum est, ut is qui pecuniam ad cambium accipit, statim illa ut suâ uti possit. Dividitur alias in Manuale seu Minutum, quod Campsario & Camfore præsentibus



pt 6.

ibus, & manu in manu minutis ut plurimum nummis
cum majoribus commutatis, sit: & locale seu per literas,
quod non præsentibus, sed invicem distantibus his personis ē
loco ad locum literis contrahitur, plerumq; majori pecunia
summā, quodq; iterum in Nundinale, & non Nundinale di-
viditur, de quā divisione ut & aliis huc facientibus latē sigis.
mundus Scaccias de commercijs & Cambio videri potest.

S. i. Quest.
5. n. 30. &
seq.

VIII.

Solet autem & ita commutatio fieri, ut ab alterā parte
partim res, partim pecunia detur, quod negotij genus septen-
trionalibus populis usitatissimum est, & illis Baraptū dicitur,
quo in casu qualis contractus celebratus sit, non immer-
to queritur? ubi nos quidem nec emtionem simpliciter,
nec do ut des contractum, nec permutationem putamus, sed
tum mentem contrahentium attendendam esse dicimus, tum
partem præponderantem; de illā si constet, secundum illam
quoq; judicandum esse videtur arg. l. 6. §. 1 & 2. D. de Act. Emt.
& Vendit. l. 21. §. 1 & 2. Eod. l. 79. D. de Contr. Emt. si minus,
illud respiciendum est, quod præponderat, in eo quod datum
est, num pretium num verō res; ita vel emtio vel permutatio
erit l. 27. §. fin: D. de acquir. R. D. C. ad quest. X. de Præscript.
Verb. si verō æquales sint hæ partes, in dubio contractus in-
nominatus dō ut des celebratus videbitur arg. l. 1. de Æstim. Act.
ubi cum dubium erat de nomine contractus, ad actiones præ-
scriptis verbis recurritur, & rebus certa lege traditis si huic
non pareatur præscriptis Verb. civilis actio datur. l. 6. C. de
Rer. Permut. l. 7 ff. de Pact. l. 2. & 3 ff. de Præscript. Verb.

Contractus
qui Baraptū
dicitur.

Treutlr. de
Præscript.
Verb.

Ar. Pinell. in
sec. Part.
Rubr. adl. 2.
C. de Rer.
Vendit.

IX.

Hactenus ipsum Contractum dō ut des cum adjectijs e-
jusdem qualitatibus vidimus, nunc actio ex illo oriunda spe-
ctanda venit. Naturā æquum est, ut si quis rem suam bonā ut des,
fide cuidam tradat eā legē, ut vicissim alterius rem accipiat
contra cessantem, vel negantem actione quādam experiri pos-
sit. Cessantibus vero judicijs proditis & vulgaribus actioni-
bus facile ad ea descendimus, quæ in factum appellantur,
l. 1. ff. de Præscr. Verb. datur itaq; ex contractu dō ut des ut in-

B nomi-

Actio ē Con-
tractu Do
ut des.

417

Brißon. de
Formul. l. V.
p. 406.

Wesemb. Dr.
de Prescr.
Verbi.

Oldendorp.
Clas. 6. Act.
4.
Minfinger.
ad §. 28. Inst.
de Act.

inominato actio in factum, non Præatoria, nec subsidiaria, sed
Præscriptis Verb. Civilis. In factum exinde dicta, quod cum
non singulis factis singulæ quoq; actiones datae essent, facto
tali prout narratum erat, actionem quādam supplendo quod
legi deerat, accommodarent, l. n. D. de Prescr. Verb. &c. Præ-
scriptis Verbis appellata per Metonymiam Generis pro specie,
cum enim omnium actionum formulæ essent præscriptæ, haec
ut recens adhuc nomine destituebatur, actio præscriptis Ver-
bis dicta est. Sed ne unius generis est Actio in factum, oritur
enim vel extra ordinariè ex negocio quodam nomen quidem
habente, quod tamen ad contractum aliquem nominatum
referri non potest, atq; adeo innominatam actionem parit,
quemadmodum Æstimatoria l. i. ff. de Æstim. Att. & Permuta-
tio, l. i. ff. de Permut. Vel Ordinariè ex contractu quodam in-
nominato resultat &c dicitur actio præscriptis Verbis speciali-
ter ita dicta l. 5. D. de Prescr. Verb. Gujusmodi haec esse vide-
tur ex do ut des contractu nata, quam sic appellamus quod sit
actio in factum civilis, præscriptis Verbis & quidem stricti juris,
qrâ petimus id quod interest nostri illud dê quo convenit accipe-
re. §. 1. l. 5. D. de Prescr. Verb. Quam præter & condicatio caus.
datâ. causâ non sicut locum habet, quæ alias ex ob rem da-
tione oritur, his vero contractibus qui naturam hujus datio-
nis sapiunt communicantur, ex alio tamen capite data, illa-
namq; ex ipso contractu, quem Reus implere solebat, oritur,
ubi interesse præstando liberatur, ex contractu enim ad ejus
dissolutionem agi non potest bene vero ad implementum. l. 5.
§. 1. haec vero ex quasi contractu descendit ex rei receptione
formato. arg. §. 1. Inst. quib. mod. re contr. Obligat. ob poenitentiam
dantis vel moram accipientis, ad dissolvendum con-
tractum l. fin. de condic. caus. dat. caus. non sicut. Ultraque
stricti juris esse videtur, etenim non inter bona fidei actiones
numerandæ veniunt §. 28. Inst. de Act. nec quicquam aliud in
illis venit nisi quod actum est, adeo ut illorum judiciorum
naturam sapiant, quæ recuperatoribus olim Romæ à Prætori-
bus dabantur, unde originem suam traxisse stricti juris actio-
nes certum est. In quo potissimum hic contractus à permu-
tatio-

418.

tatione differre videtur, quod hæc actionem bonæ fidei parat, quam mox videbimus, do ut des verò contractus saltem stricti juris sit, uti hactenus ex §. 28. *Instit. de Act. it. ex origine actionum b. f. & stricti juris probatum deditus*, & ulterius quoque ex illa directâ oppositione l. 5. D. de *Præscr. Verb.* & §. 4. l. 1. D. de *Rer. Permut.* clarum fit, quæ alias solvi non possit si pro ijsdem illos contractus habere velis, licet vel maximè d. §. 4. ad illum casum tantum restrictam velis, ubi res aliena in permutationem venit, cui tamen textus & ratio non annuncere nimis videntur, uti in seq. thesi videbimus; accedit & illud, quod do ut des contractus saltem *μονοτελευτ* sit quod genus contractuum bonæ fidei interpretationem non admittit, obligatur enim ille tantum qui adhuc dare debet, cum alter qui dedit jam liberaverit sese. Alia quamplurima hic enumerare supersedemus; sufficiat quoque hæc de actione ex contractu do ut des tradidisse, quo namq; modo illa formari debeat, cui & contra quem competat, quidque probandum veniat, videri latius ex alijs facilimè potest.

X.

Ex permutatione quoque oritur actio, quam dicimus, quod sit *Actio Præscriptis Verbis Bonæ Fidei*, quæ agitur ad exemplum actionis Em. l. 1. C. de *Rer. Permut.* ad illud implendum quod promissum est l. 4. & ult. C. Eod. Bonæ fidei esse saepius dictum est, tum ex §. 28. satis laudato, ubi & contractum do ut des subintelligi haud facile quis probaverit, separantur enim ibidem actio *Præscr. Verb.* ex æstimate & Permutatione à reliquis: & notum est, quod ex contractu do ut des peculiaris oriatur actio, quam bonæ fidei esse nusquam inventum est, quippe & ex diverso nexu qualibet obligatio actioni cohæret, in permutatione namq; prævium quoddam pactum & permutationis placitum invenitur l. 4. 7. & 8. C. de *Rer. Permut.* in contractu do ut des nihil quicquam tale, satis enim qui dat, suam voluntatem demonstrat, quod ideo det ut vicissim accipiat. Agimus verò ex permutationis contractu vel nondum perfecto, & ibi condicioni locus est, l. 1. §. 4. D. de *Rer. permut.* l. 4. & 7. C. Eod. quæ rem nostram repetimus, de quo saltem

B 2

casu

Schiffor-
deck. libr.
Tract. 3. q.
l. & 2.

Vid. Olden
dorp. Clas.
6. Att. 4.
Actio e Per-
mutatione
& Cambio



419.

casu ille §. 4. loqui videtur, si eam illa res data fuerit aliena,
Collegium fin minus, non tamen hie ad interesse actio locum habet, quia
Argentorat. demum, ex contractu oritur, contractam vero permutationem
Tit. de Per- nem ante dicti vix posse putamus, quam utrinque res tradita-
mut.

Cujac. Ob-
serv. l. 4. c. 7.

Rut. Rolad.
de Commiss.
Part. 3. lib. 7.
c. 2. n. 6.

II. *Douit facias*.
ad S. 28. f.
de Act.

de Act Disp.
c. tb. 8.

casu ille §. 4. loqui videtur, si eam illa res data data fuerit aliena,
fin minus, non tamen hie ad interesse actio locum habet, quia
demum, ex contractu oritur, contractam vero permutationem
nem ante dicti vix posse putamus, quam utrinque res tradita-
fuerit, quod iterum aliter se habet in contractu do ut des,
qui simulatque alter dedit, ad dandum quoque alterum obligavit.
Vel demum agimus ex permutationis contractu perfecto, at-
tamen ubi res evicta est, & tum quidem actione Praescript.
Verb. ad interesse experimur, *l. i. C. de Rer. Permut.* quae quasi
propria huic contractui esse videtur ut ex dicto §. satis appa-
ret. Sin vero stipulatio contractui adjecta fuerit ex stipulatu
nihilominus agi poterit, *l. 3. 4. & 7. Cod. Eod.* Et haec quoque
de actione ex permutatione dicta sufficiant: quae ratione cam-
biarum literarum de quibus supra quedam, actio datur, est iti-
dem praescriptis verbis vel ex contractu do ut des, *Bald. in c. 3. §*
cum autem. v. i. de Invest. Controv. inter. vel ex qu. contractu
constitut. pec. vel negoc. gest. de qua alij videri possunt.

XI.

Explicitus est articulus do ut des, sequitur ut do ut facias
qualis sit contractus explanemus: Est autem *do ut facias con-
tractus innominatus, stricti juris, similis locationi, quo res cum
facto communatur.* Non eram bene eandem re cognovimus di-
cendo ut modo diverso articuli formari possint, quod supra
egimus, nec late hic contra Hotromānum disputabo, qui om-
nes contractus innominatos bona fidei esse judicat, satis n-
ut puto ejusdem argumenta refellit Bachovius subtilissimus,
& quilibet, quoque viderit vel praeципuum ejus argumentum
ex *l. 2. D. de precar.* quod topicum est, adeoque maximè infir-
mum, stare non posse, si cum textus veritate, quem ipse quidē
callidè mutare conatur, conferre habeat, nee quicquam val-
ebunt rationes quas pro eadem sententiā in Collegio Argento-
rat, *ad Tit. de Praescr. Verb. act. tb. 14.* Justus Meierus produ-
cit, quas itidem confutatas dedit supra laudatus Bachovius: Id
vero explicandum erit, quantum locationi similis esse dic-
tur hic contractus; Est vero similis praeprimis operarum loca-
tioni in eo, ut proutroque aliquid pro operâ & labore detur,

dissi-

420.

dissimilis vero est in pluribus, tum quoad naturam utriusque,
est enim locatio consensualis contractus p.2. Inst. de Obligat ex
consensu l.1. D. b. t. do ut facias vero rei interventu perficitur.
l.7. D. de Pali. l.5. D. de præscr. Verb. tum ratione objectorum
in locatione namq; non nisi merces in pecunia numerata cō-
sistens intervenire debet l.1. §.9. D. depositi, in do ut dēs con-
tractu vel pecunia numerata, vel alia quæpiam res dari potest.
l.5. §.2. D. de Præscr. Verb. quod tamē cum distinctione ope-
ræ præstandæ accipiendum est, si enim alia quædam res ac pe-
cunia data fuerit, nihil interest quale factum promissum sit,
si verò pecunia data erit, sin pro facto locari solito, & tunc est
locatio & conductio, sin v. pro facto non locari solito, & erit
do ut facias contractus d. l.5. §.2. D. de Præscr. Verb. act. illa-
v. facta locari solita uti est emancipatio vel manumissio ex eo
estimari solent, num sint mercedis capacia, & utrum dignitas
eorum locationē admittat, quæ omnia ex ipsorum qualitate,
ex more & consuetudine Regionis & ex conditione promis-
tentis dijudicari solent. l.19. D. de Præscr. Verb. act. Quod si ta-
men ejusmodi quid ex conventione factum sequente datum
fuerit, non locatio erit, sed contractus innominatus, licet vel
maxime & pecunia & factum locari solitum invicem permu-
tata fuerint. l.22. D. de Præscr. Verb. act. §. 1. Inst. de locat. &
conduct.

Oldendorp.
Clas. 4.
Act. 40.

XII.

Suffragij contractum superiori do ut facias nonnihil Contractus
propinquum brevibus hic intersetemus. Suffragium alias suffragij.
vocabulum significat, quæ quisque suam in Magistratus ele-
ctione voluntatem declarabat apud Romanos. l. 1. D. de Off. Laur. Valla.
quest. l. 5. quod cuius Univers. nom. quas voces sive quæ suf- lib. 4. c. 70.
fragia olim candidati in campo Martio magni comparare so-
lebant à populo, quo & lex Julia de Ambitu pertinet, & suf-
fragatorés & suffragia emendicata dicuntur in l. 1. 4. C. de Ac-
cusat. Hic vero non ita latè votum tale significat, nec propriè
Advocati salarym, quod Accurs. & veteres quidam ad l. 1. C. Wesenb. Tit.
de suffrag. volūt sed beneficij Imperationē denotat d. t. i. C de de Præscr.
suffrag. quæ habetur in Cod Theodos. l. 2. Tit. 27. & dicitur cōtra Verb.
B. 3. etus



42.

clus suffragij conventio, quâ quis dat aliquid aulico ut negocium
aliquid Principi commendet. Poterant enim Palatini olim ad
Magistratus honores quos vellent nominare ac promovere.
atq; insuper hoc nomine pecuniam accipere. l. 5. D. de Adu
divers. Jud. quin & officia per multa Romæ venalia erant &
quidem LL. aprobantibus. Nov. 35. de Adjut. quest. l. 30. §. 2. C.
de Inoff. Testam. dico LL. aprobantibus ex eo quod injuste
quondam magno cum Reipl. detimento officia Romæ vena
lia fuisse è sallustio & alijs constet, quam ob rem & Fabricium
Vejentonem Italiam pulsum Tacitus refert & Heliogabalum

l. 14. Amal.
c. 50.

Bodinus l. V.
de Repl.

Contractus
Assumptio
nis.

Imperatorem male audientem penes Historicos observamus,
qui quidem mos & olim in Gallijs & nunc quoq; semper ob
tinuit. Verum ab Imperatore Iustiniano ejusmodi nundina
tiones & auouia sublata sunt aulicis in Nov. 8. & 161. & Edicti
cujusdam Hispaniarum Regis meminit Anton. Perez ad hunc
Tit, in quo officia cujuscunque gradus venalia esse prohiben
tur. Nihilominus tamen certi quid constitutum legibus
fuit circa contractum hunc quem ita nominat §. 2. l. un. C.
de suffrag. & quidem rei datione perficiebatur, quæ si mobilis
esset, solâ traditione dominium transferebatur in suffragato
rem, sin immobilis, ad id scripturâ quoque requirebatur. Cœ
terum per dictam Nov. 8. hanc legem sublatam putat Weseb.
Ictus longe celeberrimus. Ideoq; suffragij vocabulum pro
salario accipiens ad hujus materiae explicationem totus de
volvitur in commentarijs ad 3. & 4. lib. Cod. hac l. un. quod
quidem D. Tabori Viro Divini Humanique Juris peritissimo,
admodum displicet, dum hanc l. un. inter abrogatas referri
non concedit, idq; latissimè deducit in singulari tractatu sy
noptico de suffragio, pereleganti, quo hujus materiae cupi
dum remissum volumus.

XIII.

Antequam ad actiones ex his contractibus oriundas a
beamus, de contractu Assecurationis nonnulla dicenda veni
unt. Assecurare non latinum sed Italicum vocabulum, As
scurare, gallicè Asséverez, hoc est securum reddere, unde dicitur
Assecurers oder Assevrers, illi qui securitatem præstāt seu pro
mittunt

422.

runt, & contractus asscurationis, qui hoc modo describi possest, quod fit *Conventio*, quâ quis spe sola lucri inductus hominis tujusdam vel navis periculum aut gratis aut prelio certo in sepe compensandum suscipit. Propriè hic contractus non emitio a venditio est, cum nec merx, nec pretium certum interveniat, nec huic casui similis est, qui habetur in l. 8, §. 1 de contractu Em. cum nec rei nec spei emitio celebretur, attamen si sub certæ pecuniae summâ periculum suscipiatur, emtioni non dissimilis esse videtur, quemadmodum & donationi, si gratis fiat. Nec quoque locatio aut conductio hic vera intercedit, nec stipulatio mera, aut sponsio, quoniam causam habet latentem & cujus nulla utilitas appetet, hæc verò evidentem sat & utilem ut infra dicerur: nec fidejussio, licet hæc innominatis contractibus sœpius accedit, sed est innominiati contractus quædam species; & licet ejus damnum & lucrum sorti committatur, nihilominus tamen legitimus & licitus est contractus, nec usquam in jure prohibitus, à multis insuper Theologis & Jcti sapprobatus, quin & propter insignem ejus utilitatem in Germaniâ & præcipiè maritimis civitatibus, (ubi secundum normam & consuetudinem Antwerpiensis Mercaturæ fieri dicitur) receptus est. Objecti loco Navis mercibus onusta stare potest, vel homo quidam forte fato proximus, vel pecunia, aut alia quæpiam res: Exempla hujus hinc inde in Autoribus videri possunt, quoad cætera à merâ sorte & fortuna dependet, quam incertam aliquis qui merces trahere cupit assecratione quasi certam sibi reddere tentat: Obtinet nihilominus, quamvis post secutum easum sinistrum demum fiat, partibus tamen ignorantibus periculum, contra si alter sciverit, & pro commodo suo contraxerit, nullus quidem de jure, ob paritatem & damni incertitudinem quæ hic requiruntur, hic contractus esse videtur, attamen de facto istud hodie & in praxi sœpius occurtere nemo negabit. Si vero dolo & fraude læsio accedit, itidem ut reliqui contractus hic quoque annullatur, Plura quæ hoc pertinent vid. in Scacciâ Tract. de Commerc. §. 1. q. de Aſſecurat. & alijs.

8.VII

Scacciâ, de
commerc: &
Cambio, §. 1.
q. i. n. 129.

Paul. de Caſtro in l. 34.
Dlocat.

Medin. l. 6.
qu. 7.

Leonin. C. 1.
fil. 22.

Rut. Rulād.
l. 2. de In-
terr. Jur. In-
corp. c. 16.

Scacciâ. dit
loco. & Vae
rij autores
ibi allegati.

Grot. de J.
P. & B. l. 2.
c. 12.

XIV. Nunc:

420.

*Actio è Con-
tractu do ut
facias*

*Bachovius
et qui hunc
sequuntur.*

*Franckius
ad D. b. Tit.
n. 40.
Nic. de Pas-
ser. in Con-
sil. LL. p. 30.*

XIV.
Nunc ad actiones ex his contractibus competentes de-
volvimus, è Do ut facias contractu regulariter actio præscri-
ptis verbis competit ad contractum implendum, ubi tamen è
superioribus quædam assumenda erunt, siquidem ut diximus
cum pro facto locari solito pecunia data fuerit, locationem
esse, sin vero res alia quædam mercedis loco detur aut pecu-
nia pro facto non locari solito, aliter se rem habere & nasci-
tur ibi civilis actio in id quod mea interest, vel condicione ad
repetendum. l. 5. §. 2. D. de Præscr. Verb. act. factum verò tale
non locari solitum est & manumissio, de quâ videtur Antino-
mia quædam esse inter l. 7. §. 2. D. de Pact. & l. 5. §. 2. D. de Præscr.
Verb. & de haec insignis quoque Doctorum dissensio, quidam
anim casum d. l. 5. D. de Pact. de contractu facio ut des expli-
cant atq; sic illas leges conciliari putant cui tamen & totius le-
gisis contextus & ipsum contractus esse repugnat. Alij
ita nudè verba l. 5. intelligentes, putant contra scienter dan-
tem alienum servum qui postea evincatur dari actionem do-
li, cum non subsit civile negocium, contra ignorantem verò
actionem præscript. verb. quam tamen sententiam refutat.
Clariss. Hahn. ad Wesemb. Tit. de Pact. n. 9. p. 257. & illam We-
senb. sententiam ut veriorem amplectitur, qui presupposito
quod in l. 5. Juliani tantum sententia referatur; nec quicquam
certi statuatur, unde & clarum fiat particulam. *Civitem addi-*
tam esse pro Prætoriam, quomodo cum dictâ l. 7. de Pactis &
Ulpiano, qui Mauriciani sententiam approbat, convenit; ita
tamen ut termini rectius explicentur, actio enim de dolo hic
xix illam actionem significabit, quæ ex Edicto Prætoris descé-
dit & reliquis demum deficientibus locum habet. l. 1. D. de do-
lo. sed illam potius quæ ex contractu est ob dolum vindican-
dum, cujus usus exempla habentur in l. 21. pr. D. de Evidt. l. 14.
§. 2. D. de Relig. & sumt fun. quæ sane opinio ut rationi confor-
mata & Magnorum Virorum auctoritate nixa non rejicienda
videtur. }

XV. E

XV.

484.

Ex Suffragio condicione certi contra illos agi posse qui promissa suffragatori non servarunt tralatitium est, ex eo quod Tit. de suffragijs in Cod. pars quædam superioris sit si certum pet: Cœterum ita se res habet, ut sive beneficium impetratum fuerit antequam res quædam suffragij nomine data sit, quo casu facio ut des contractus subesse dicitur, sive postea demum sequatur, ex utroq; tamen actionem præscriptis verbis competere, neutquam vero ex nudo pacto condicione ex lege, nec actio doli secundum Accursum h.t. dabitur. Item contrariæ parti quæ aliquid initio dedit, ubi tamen nullus sequatur effectus condicte, caus. dat caus. nonsecut. ad repetendum competit, cui & stipulatio accedere potest per l.un. pr. h.t. Quod si ad Salarium quis extensam hanc materiam velit, quod V. censetur fecisse supra docuimus, ex conventione tali de salario quædam actio producetur, l.un.C.b.l.i.C.Mandati.l.7.ff.Mandat. itidem & officij Judicis imploratio obtinet. l.i.8.pen.de Var. & extraord. cognit. Sin de certo quodam conventum fuerit, condicione certi quoq; locum habebit, incertæ vero pollicitationis salarium peti non potest, l.8.C.Mandat. nisi actione præscr. Verb. l.13. D. de Præscr. Verb. act. Quæ ha-
etenus dicta de actione suffragij sufficient. Ex Assecuratione, qualis oriatur actio, & quæ circa illam notanda sint, ob materia raritatem invenire non licuit, interim tamen generali regulâ nixus, quod ubi deficiant Vulgaria atq; usitata nomina actionum, præsc. Verbis agatur, l.2.D. de Præscr. Verb. hic quoq; eandem locum habere constanter asserimus.

XVI.

Consequens est ut ad articulum Facio ut des accingamur: Est autem hic contractus stricti juris, quo factum aliquod cum re, vel præcedente pactione, vel absq; illâ, compensatur. l.5. §.3. l.15. D. de Præscr. Verb. act. Varia hujus exempla in LL. hinc inde reperiuntur, quorum non pauca Iust Meierus in Colleg. Argentorat. h. tit. enumerat, quorum intuitu diversi generis hic contractus esse videtur, etenim vel absque ullâ

præ.

Actio è Con-
tractu suf-
fragij D. Af-
securat.

Perez in
Cod. b. n.2.
Cujac in
Paratl b.t.

III. Facio ut
des.



præcedente pactione celebratur', adeo ut ne quidem utilitas quædam ex illa actione ad alium redundet, uti habet exemplum manumissionis in l. 7. §. 2. D. de Palt. & ibi quidem nulli contractui simile negocium illud est, nec quædam civilis actio de dolo locum habet, de quâ re intelligenda videtur l. 5. §. 2. D. de Präscr. Verb. ex rationibus quas Wesemb. in Parath. adducit, in dolo namq; est qui istud non solvit quod ob factū alicujus solvere volebat. l. 44. D. Mandati. de quo casu & illa verba finalia l. 15. D. de Präscr. Verb. ex audienda sunt: vel præcedente quâdam pactione procedit, ut in d. l. 15. ubi quantū inter contrahentes postea convenerit, mercedis loco daretur & ita locationi vel mandato aliquantum simillim est, vel ut in l. 22. D. de Präscr. Verb. §. ult. Inst. Mandat. it. in l. 6. C. de transact. ubi quis à lite discedebat, ut partem honorū acciperet, quibus casibus omnino negotiū aliquod civile iubet, ex quo actio civilis oriatur & quidem præscr. Verb. l. 15. b. t. & alijs supra citatis. Et ita mihi conciliandi videntur, qui alias sibi contrarij: Aeternæ memoriae Wesenb. & Clariss. Hahn ad eund. Tit. de Präscr. Verb. & qui his accedunt. Vid. Jason. in §. 3. l. 5. D. b. n. Treutl. Vol. I. Disp. 30. th. 10. & Bachov. hic. & ad Wesenb. quibus tamen non negatur magis ordinariam esse hanc civilem actionem, cum ejus generis actiones, ubi pactio præcessere, usitatores esse videantur, de dolo vero actionem non nisi ordinaria cessante competere, arg. l. 4. §. 15. C. de Transact. l. 1. 3. §. 4. de Dol. mal. Vid. Wef Tit. de Präscr. Verb. n. 4. quæ quidem ordinaria neutquam est condic. caus. data, quæ Donelli & aliorum sententia est, sed ipsa hæc actio Civilis Präscr. Verb. de quâ in totâ illâ l. 5. superius agebatur. Frantz. ad Digest. br. Tit. n. 44.

XVII

IV. Facio ut
Facias.

Restat ultimus contractuum in nominatorum Facio ut Facias, quem secundum methodum nostram hunc in modum describimus: quod sit Contractus innominatus, stricti juris, similis mandato, quo factum aliquid cum facto compensatur. §. 4. §. 5. l. 5. D. de Präscr. Verb. ex illo enim in §. 4. d. l. 15. dato exemplo

T-426.

emphat similitudo inter hos contractus, dum ibi alieno nomine pecunia exigitur, quod absq; mandato fieri non potest quoniam vero non gratuitum est, nec mandantis impensis factum profligatur, sed mandatarij facto cōpensatur, mandatum esse non potest, sed potius innominatus contractus, ex quo actio præscr. Verb. nascitur, ob formam quam habet civilis negotij ex facti utriusq; æqualitate ortam: præcipue vero quo tutius illa difficultas tolli possit in eo casu ubi pacto naturam mandati super gressi fuerint partes, nihilominus tamen ob inæqualitatem impensarum interfese convenire nequeant, quæ quidem actio ex mandato actioni similis erit: ut enim ibi Mandatarius ad præstationem damni tenetur, ita hic ad æqualitatem quandam impensæ exactoriæ vel ædificatoriæ redigi possunt, imo si factum alterutrum ita comparatum sit, ut per illud res quædam corporalis ad adversarium translata fuerit, arg. l.9. D. de Præscr. Verb. condictione illud repeti poterit, l.4. D. de Condic. caus. dat. caus. non secutā. Verum hic solum abrumpimus, & summam hujus materiæ pertractandæ ut latissimæ alias, ita difficillimæ, complectimur; Quæ vero hic omissa vel commissa erunt, homini erranti quilibet

homini facile condonabit; Cœterum Deo summo

legumlatori sit Eaus & Gloria
perennis.

Habui ad
Wesenb. Tit.
de Prescr.
Verb.



۴۲۷.






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-614616-p0023-4

DFG



ULB Halle
003 499 650




3

Sb

VDA7






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



V.
1653
ACTI-
NATIS
ATIONEM
rea
NIFICO

Excellentissimo
O SVEVO
Scabinatus & Fa-
essore gravissimo,
em deve-

RELSNERUS

d. Typogr.

14.

408.

24

24

21